

CRATERIS CHILIAS

Haicua phrenetica mille

conscriptpsit

Alexander Ricius

Centuria .l.

1.

Stellarum

lumen per vacua

caeli templa

2.

Manat stellarum

frigida lux per coeli

vacua templa

3.

Nudae lacertae

in ruinis clam reptant

antiquae Terrae

4.

Despectantibus

rubris in caelo stellis

moritur Tellus

5.

Per galaxias

malae conscientiae mephites

vivos sibi quaerunt

6.

Iterum olim  
ad patria sidera  
reduces simus

7.

Glacie capti  
aeternitatem spectant  
astrorum nautae

8.

Antiqueae ruinae  
sub stellis cantitant  
humanum nomen

9.

Ferreae urbes  
trans spatia labuntur  
in aevum tacitae

10.

In Martis saxo  
incisa elementa  
arcana tacent

11.

Archaeologus  
in Europae specu  
nefanda videt

12.

Quod negotium  
secum forte attulerunt  
ad terram nautae ?

13.

Saxei vultus  
in aevum intuentur  
labentia signa

14.

Hebes a nave  
descendit eruditus  
qui signa legit

15.

In perpetuum  
silebunt elementa  
ungue incisa

16.

Dum intueor,  
in infima spelunca  
spirat aliquid

17.

Erucae scitae  
miranda in Iovis fano  
sacrificabant

18.

Deum sacerdos  
suum nefandum alet  
propria carne

19.

Has imagines  
in saxo pictas nautae  
non amaverunt

20.

In Lunae pulvere  
miranda vestigia  
e medio cessant

21.

Qui tandem quivit  
enodata legere  
doctus delirat

22.

Aqua reperta  
homines maluissent  
citus mori

23.

Valde stupuit  
astronauta dum videt  
amantem erucam

24.

In Saturni luna  
philosophabantur  
atrae araneae

25.

Nolebat simia  
in homine agnoscere  
avum suum

26.

Sub velamine  
membra non aspicimus  
sacerdotis

27.

Quo autem modo  
tibia canunt isti  
ore canentes ?

28.

In atro caelo  
fulgentem vibrat ensem  
impius angelus

29.

Gradatim sphaera  
loricata descendit  
ad agricolas

30.

In Atlantide  
ex orichalco facta  
alta moenia

31.

Horum montium  
in penetralibus latet  
ultimus homo

32.

In Andromedae  
bibliotheaca repperi  
Oppidi situm

33.

Tenebricosa Urbs  
diris viis quaerentes  
interficiet

34.

In perpetuum  
errabunt viatores  
Urbem quaerentes

35.

Reliquam vitam  
in specu degit ille  
qui signum vidit

36.

Regem terroris  
a coelo descendentem  
nuntiat vates

37.

Clam astronomus  
ab alienigenis  
interfectus est

38.

Qui non videnda  
aspexit astronomus  
jam evanuit

39.

Sub illis coelis  
lineae parallelae  
in unam tendunt

40.

Bibliothecae  
libris ministrant forma  
mira entia

41.

Pristini generis  
diu oblita somniant  
dira lacertae

42.

Clam quae rapiunt  
vespillones corpora  
humana non sunt

43.

Martis harenae  
quas celant sandapilae  
ne aperiantur

44.

Nigrae vespulae  
exeunt noctu fano  
quadrupedes

45.

Alphae Centauri  
somniantes mephites  
Terram observant

46.

Telluris herbae  
homines olim fuisse  
memineruntne ?

47.

Terram regendam  
sapientes crocodili  
curare volunt

48.

Obstupuit nauta  
ut lapides audivit  
sese vocantes

49.

Statim manus  
in spatio vacuo  
nautam arripit

50.

Ferunt indugenae  
in his tumulis celari  
ineffabilia

51.

Gabarae quibus  
navem oneravimus  
hominum non sunt

52.

Fertur in luna  
quinta Iovis saltare  
miras beluas

53.

Media noctis  
hora fertur solidas  
umbras fieri

54.

Pulcherrima illa  
a tergo visa praebet  
lacertae caudam

55.

Haud Daemon tantum  
ut nunc vides furcatos  
habet pedes

56.

Cur et hyaenae  
tumulos hos videntes  
procul evitant ?

57.

In solitudine  
circum sine aedificio  
stabat porta

58.

Antiqueae gentis  
somnia celabat impia  
eburna porta

59.

Arbores altae  
in vento susurabant  
horrendas minas

60.

Spatii naves  
mortuis rectae cerebris  
Terram petebant

61.

E vita terrore  
decessit vates viso  
impius Deo

62.

Dein sacerdos  
tremens manum porrexit  
personato deo

63.

Quas indigenae  
larvas appellabant eae  
homines fuere

64.

E vitreo vase  
lumen viride manat  
canum cerebrum

65.

Huius planetae  
in luna circum errant  
malae larvae

66.

Quae has voces  
radiis emisit gens  
jamdiu mortua est

67.

Radiophonia  
spatii nautae audierunt  
dira carmina

68.

At extraneos  
artus scite occultabant  
xerampelinae

69.

Osculante ea  
perterritus sensit ille  
bifidam linguam

70.

Pulchrae feminae  
in ventre rubra bucca  
avide hiat

71.

Diva nomina  
sub stellis recitabant  
hieroglypha

72.

Ganymedis  
monasteria celant  
miros monachos

73.

Stella advolante  
portentosa praedicit  
astrologus noster

74.

Maligne cerebrum  
ex urceo vitreo  
me intuebatur

75.

Dulcis mors ipsa est  
cui speluncae entia  
jam aspexerit

76.

Infinitorum  
aeternum silentium  
expavesco

77.

Manune ostium  
tam intempesta nocte  
pulsatur meum ?

78.

Si cuius esses  
filius te docerem  
mox morieris

79.

At sero advertit  
mulier alienum  
amatorem esse

80.

Simulacrum esse  
mundum nostrum transgressor  
intellexerit

81.

Somniorum porta  
cave ne recludatur  
multa nocte

82.

In novum mundum  
spatii nautas exspuit  
nigrum foramen

83.

A mundi fine  
vermis foramine  
fugere licuit

84.

Domum reversus  
alterum inveni me  
jam habitantem

85.

Dii extranei  
mox venient ad cruentum  
cultum poscendum

86.

Saepius monent  
templum hoc subterraneum  
vitandum esse

87.

Posteri nostri  
ad infinita coeli  
templa volabunt

88.

Hominum aestus  
ipsas aegre perturbat  
tranquillas stellas

89.

Gelu rigidum  
per spatium volitat  
hominis corpus

90.

Exivi domo :  
ante oculos nihil  
nisi vacuum

91.

Terra antiquitus  
semine ab aetherio  
concelebrata est

92.

Ungue ferali  
in pariete inciditur  
sinistrum carmen

93.

Saecla propagant  
beluosa genera  
nobis latentia

94.

Sinistrae alites  
dirum hieroglyphum  
in coelo scribunt

95.

Retrorsum fluit,  
fertur, tempus extremo  
mundi margine

96.

Extremo fine aevi  
nobis versus accurrit  
dies novissimus

97.

Numquam redibit  
viator implicatus  
temporis rimis

98.

Dea maxima  
mater nostra sempiterna  
nigra aranea est

99.

Nonne novisti  
majores nostros fuisse  
caecos serpentes ?

100.

Ab infimo aevo  
caece saeviens reptat  
judex ultimus

*Explicit Centuria Prima*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .II.

1.

Nos scorpiones  
monstruosi in imis  
maribus manent

2.

Super nubes errant  
medusae translucidae  
nos observantes

3.

Albicolores  
vermes homines quaerunt  
fame compulsi

4.

In vestigiis  
antiquarum larvarum  
gradus premimus

5.

Cerebra humana  
clanculo rodunt vermes  
televisione

6.

In Siberiae  
nigris montibus dormit  
somniatque deus

7.

Cur nemo advertit  
mira signa charraxare  
Siberiae vias ?

8.

Martis rubrae nubes  
homines monent de antiquo  
pavore impio

9.

Vetus puteus  
feminae dejiciuntur  
resonat aqua

10.

Tantum silentium  
lapides terebrant  
Martis cicadae

11.

Terra properat  
ab ultimo universo  
antimateria

12.

Horrenda vita  
mox in nos eruptura  
ebullit palus

13.

Tempus heic fluit  
nobis inverso cursu  
naturi sumus

14.

Pavore est captus  
nauta dum audit nomen  
monstro clamatum

15.

Putridum corpus  
tamen oritur domumque  
petit amantis

16.

Ultionis causa  
creatoris nomen clamant  
putridae carnes

17.

In mundo sine fine  
infinite repetuntur  
eadem semper

18.

Nam Callistous  
solitudines lutea  
portenta celant

19.

Manus corpori  
re ligabatur vixdum  
humanato

20.

Viridis spuma  
lineamentis cum nautis  
colloquebatur

21.

Centaurus sapiens  
nocte stellatum coelum  
considerabat

22.

Magiae arcana  
in Saturni lunis tradunt  
ignei dracones

23.

Claudicatione  
eos agnosces nuntios  
dei absconditi

24.

Eorum verba  
sibilant formidolose  
buccis deformibus

25.

Ter quaterque ferunt  
magum illum iter fecisse  
ad Orci regna

26.

Tumulo surrexit  
diris peractis epulis  
eruca rubra

27.

Stellam vidimus  
ejus in oriente aiunt  
extranei magi

28.

E terra cava  
nos antiquitus pallidae  
observant larvae

29.

Fert nauta stelam  
miris elementis novum  
deum revelare

30.

Amare dictabat  
miser ; nesciebat sub larva  
quaenam lateret

31.

Lapides ignis  
facti sunt ; ibi natant  
homines novi

32.

Excelsi muri  
urbis antiquae nostrae  
lamias repellent

33.

Virecta amoena  
occultant latibula  
sanguisugarum

34.

In bulla fluitat  
forma inquietans valde  
hominis novi

35.

Subterraneis  
reptant silenter cloacis  
posteri nostri

36.

Applaudunt turbae  
sub benevolo duce  
latenti dusio

37.

Magno pavore  
nunc latent nostri antiquae  
in urbis cloacis

38.

In coelum arripuit  
delirantem prophetam  
gryps vociferans

39.

Dracones nomen  
per Asiam ululant  
Constantinopolis

40.

Cataractae  
caelestes urbem inundant  
Parisiorum

41.

Submarinarum  
aedium petrosi gradus  
ad nusquam ducunt

42.

Urinatrices  
nomen sussurant territiae  
aquarum dei

43.

Neptuni nomen  
implorant natatrices  
ad gradus aedium

44.

Insula Iona  
utrumque Eurasiae finem  
runis custodit

45.

Periegetae  
inscii ruinas visitant  
quas fugere debent

46.

Antiqueae ruinae  
foedorum servant signa  
sacramentorum

47.

Transito ponte  
ei obviam facti sunt  
tristes lemures

48.

Verbis his tribus  
quis creatus est mundus  
ruetur ille

49.

Incantatoris  
audiuntur carmina  
dum ruunt templa

50.

Afflante malo  
spiritu in universa  
insaniunt urbes

51.

Deorum nuntium  
aspexit fertur senex  
iste tremulus

52.

Risit at ego  
vidi inauspicatum quid  
in istius ore

53.

Stellae frigidae  
serenae inexorabiles  
nos despiciunt

54.

Illimia aequora  
aedium monstrabant tecta  
sat horribilia

55.

Stellas boreas  
cursu pete ad ultimum  
refugium nostrum

56.

Trementem plebem  
ad fugam exhortatur  
caecus hariolus

57.

Atras paludes  
ne tentes ibi dormiunt  
di terribiles

58.

Errant temere  
per aetherem animae  
formidolosae

59.

Radiophonia  
statim audit a vox  
jamdiu mortui

60.

E tumulo orta  
verba letalem umbram  
terrae diffudere

61.

Ultimus homo  
qui proximum necaverit  
in aevum vivet

62.

Primam mulierem  
fuisse putatur Eram  
at ultima erat

63.

Gabara vetus  
pro deo habebatur  
apud simias

64.

Aequora spati  
cum spectaret navarchus  
stella nova orta est

65.

Insulae Ionae  
specu servatur statua  
dei pristini

66.

Pictos descripsit  
pius peregrinator  
tremente manu

67.

« Custodem posui  
in sanctuario meo »  
saxo scriptum est

68.

Inscriptum vidi  
vibrantibus elementis  
nomen secretum

69.

Paelicem habet,  
fertur, rex cuius corpus  
humanum non est

70.

Monstra ea horrenda  
pedes manusque binas  
habent omnia

71.

In limo reptant  
miserae creaturae  
quae olim di fuere

72.

Alsitant noctu  
in alienis speluncis  
Terraes naufragi

73.

Pyramidales  
reperiuntur formae  
in Martis campo

74.

Pedes ignei  
vestigia impresserunt  
lunari humo

75.

In lunae specu  
medicato corpore jacet  
creator noster

76.

Urbem Sambalam  
diu quaesivit viator  
qui nunc heic jacet

77.

Monasterii  
abbas fertur furcosos  
habere pedes

78.

Flava sacerdos  
collecta stola sub luna  
dire sacrificat

79.

Dissoni cantus  
a templo subterraneo  
obscure ascendunt

80.

Sacerdotibus  
vivas tradunt victimas  
spatii piratae

81.

Larvas homines  
gerere debent cassis  
super faciebus

82.

Rubris sericis  
cum inter homines sint  
occultant ossa

83.

Radiis fulgidis  
ultimam arcem servant  
machaerophori

84.

Oraculorum  
verba sinistre sonant  
in atro fano

85.

Stellarum ova  
pulvereis nubibus  
procul exsistunt

86.

Noctu oriuntur  
ex infimis speluncis  
emanationes

87.

Alto castello  
senescit ultimus miles  
qui mundum servet

88.

Stridentes aves  
ultra deserta ferunt  
speculatores

89.

Magus nomine  
Mercurii Termaximi  
opus perfecit

90.

Trans galaxias  
umbra mox diffundetur  
ultimi regni

91.

Speculo obscure  
formas discernit sophos  
adventurorum

92.

Commentarios

blasphemiter conscribit

ater monachus

93.

Per elementa

lucifera traditur

pristica sophia

94.

Martyr puella

cui dusio nescit

corpus offerat

95.

Quid hoc sibi vult ?

Inferi hi paradisi

speciem praehibent

96.

In mari jacent

antiquae sapientae

repleteae naves

97.

In media mente

vivida lux erumpit :

transitus mortis

98.

Formicae nigrae  
revera neurona sunt  
mundanae mentis

99.

Hujus erronis  
incolae communi lingua  
separati sunt

100.

Antiqua verba  
pristinam valentiam  
jam perdiderunt

*Explicit Centuria Secunda*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .III.

1.

Is qui verborum  
sensus ceperit veros  
res capiet veras

2.

Monuit vates :  
cito nobis redibunt  
Saturni regna

3.

Receptaculum  
verborum pristinorum  
Gradale sanctum

4.

I Maracandam  
ibi fontem invenies  
totius orbis

5.

Orbis equites  
quaerunt simul et servant  
Gradale sanctum

6.

Maracandae illic  
antiquissimae voces  
etiamnunc vigent

7.

Ima Britannia  
mystice religatur  
mediae Eurasiae

8.

Sincera verba  
saeculis voraverunt  
novi daemones

9.

Hasta gladioque  
Tabulae Rotundae fortes  
verbum servant

10.

Ignota regna  
Presbyteri Iuveni  
quaerit viator

11.

Ambigi angues  
in Maracandae ruinis  
voces roserunt

12.

Attente quaeras  
per spatia vestigia  
antiqueae vocis

13.

Nova religio  
sinceros immortales  
e medio tulit

14.

Syriaci sancti  
Galliae pagos peragrant  
deos ut deleant

15.

Gradale sacrum  
novissimum fanum est  
deum primorum

16.

Fugentes deos  
saevo numine sequitur  
Sanctus Martinus

17.

Napaeas nymphas  
deus exercituum  
e medio tollet

18.

Numquam amplius  
silvis arvisque audietur  
« Evohe Bacche »

19.

Hamadryades  
a nemoribus pellunt  
psalmis monachi

20.

Audite amici  
surdos in silvis planctus  
deum dearumque

21.

Saturnum vocant  
flamine qui mundum fecit  
Brachman deum Indi

22.

Iovem maximum  
optimum fulminantem  
Indram hi vocant

23.

Ultra Minervam  
nubilo vultu appetet  
Sophia perennis

24.

Cunctis vocibus  
rerum principialium  
sonat Gradale

25.

Mens universa  
vera rerum conditrix  
in Gradali latet

26.

Per urbis vicos  
agminibus claudicant  
atri monachi

27.

In atris templis  
somniant atque exspectant  
divi pristini

28.

Signum in arenis  
erronis rubri Martis  
deus ignotus

29.

Cur antiqui di  
Urbis fidi custodes  
novis cederunt ?

30.

Aureae aetatis  
somnia diu viderunt  
orbis equites

31.

Urbi et orbi  
per equites patebit  
Gradalis signum

32.

Ubi dracones  
ubi captivae virginis  
ubique equites ?

33.

Nunc errant nostri  
ferreae aetatis sodales  
veri obliti

34.

Silvis vagatur  
Romam fugere coactus  
divus Apollo

35.

Occasos deos  
decanique horaeque  
jamdiu praedicunt

36.

Maracandam usque  
ad Orientem sonant  
Merlini voces

37.

Sambalam vocant  
tibetani monachi  
Maracandam

38.

Verborum antrum  
custodiunt sacerdotes  
Maracandae

39.

Arborum folia  
Calidonis nemoris  
voces murmurant

40.

Alexandriam  
ter fugere debuerunt  
divi pristini

41.

Fertur dracones  
in antris custodire  
antiquas voces

42.

Sogdianamque  
Casgariamque usque  
errant equites

43.

Evohe Bacche !  
aurem praebet in nemore  
canit thiasus

44.

Stellare lumen  
ad septentrionem dicit  
vagos equites

45.

Antistitarum  
cantica occulta praevie  
Gradale laudant

46.

Parietinae

oppidi ruti ostendunt  
deum figuræ

47.

Undis feruntur

per infinita templa  
antiquæ voces

48.

Orant equites  
bellipotentem deum  
ut quaestum servet

49.

Formosa virgo  
Bona inspirante Dea  
futura canit

50.

Bonae Deae  
nomen secretum latet  
in imo specu

51.

Dominæ suae  
servit caballarius  
ad mortem usque

52.

Ad Maracandam  
rubescunt circa arenae  
orientे sole

53.

Et apud Seres  
fama fertur vulgari  
Gradalis locus

54.

Flabunt etesiae  
quae omnes naves adducent  
ad Gradale usque

55.

Flammeus gladius  
aditu specus micat  
vocum mortuarum

56.

Receptaculum  
omnium verarum rerum  
ultima lingua

57.

Transbit mundus  
in futurum servabit  
omnia Gradale

58.

Summa mens una  
simplex atque daedala  
omnia continet

59.

Dum in semita is  
tolle calculum vide  
eo insunt cuncta

60.

Adhuc per Romae  
imam cloacam maximam  
errat Bona Dea

61.

Ubi terrarum  
Merlini vaticinia  
invenientur ?

62.

Sub caracallis  
membra extranea latent  
Ditis cultorum

63.

Rex Artorius  
in spelunca adhuc dormit  
mox surrecturus

64.

Exspectant mundi  
pauperes miserique  
regem futurum

65.

Creta Cyprusque  
naves sunt lapidosae  
Orbis equitum

66.

Ruta castella  
Europae occulte signant  
Gradalis iter

67.

In Francia intima  
sussurant adhuc senes  
equitum gesta

68.

Per omnes deos  
utinam nemo audiat  
Bonae Deae nomen

69.

Maracandae viam  
ubi inveniant equites  
nisi imo corde ?

70.

Hariolorum  
verba jam caduca sunt  
defunctis deis

71.

Aphantorum  
arenas usque percurrunt  
orbis equites

72.

Qui noctu errat  
ad speluncam foetorem  
mirum olfacit

73.

In illa plaga  
dormientes pueri  
aliena mussant

74.

Etiam parentes  
liberorum occulta  
suspicabantur

75.

Solitudinis  
et frutices retinent  
horum foetorem

76.

In specu vinctus  
eminus audiebat  
reptantem bestiam

77.

Qui Maracandam  
hodie visit verborum  
umbram inveniet

78.

Arenivagi  
turbida simulacra  
non intellegent

79.

Arciva verba  
in pergamine scripta  
doctum exterrent

80.

Ungues ferales  
specu inciderunt verba  
quae fugit viator

81.

Reversus eques  
ad castellum suum ensem  
depositus tandem

82.

Blasphematorium  
jubilaeum celebrat  
sacerdos novus

83.

Quaerunt equites  
per Maracandae busta  
vatis sepulcrum

84.

Cum manuscriptis  
ultimis elementis  
sepeliere illum

85.

Sentisne in ventis  
oriri primitias  
aetatis novae ?

86.

In Oriente audii  
Merlini sepulcrum nunc  
genios servare

87.

Heu Lancelautus  
silens Gradale spectat  
verborum plenum

88.

Incisus crater  
pristinis elementis  
penitus latet

89.

Baldaci Verbum  
in Sapientiae Aedibus  
vertere Syri

90.

Quis enim vestri  
sophiam quaerere audeat  
ad orientem ?

91.

Et Sarraceni  
refactarum vocum sunt  
custodes facti

92.

Cabalam scruta  
coronatae litterae  
Verbum ostendent

93.

Ubi terrarum  
Gradale non invenies  
dum corde id quaeras ?

94.

Fieri non potest  
ut Oceanum magnum  
Crater transierit

95.

At Hesperidum  
hortos petere audent  
Orbis equites

96.

Nomina fallunt  
verbum autem pristinum  
jugiter lucet

97.

Fata diffide  
quae amore specioso  
te perdere vult

98.

Verum amorem  
in antiquo castello  
fili invenies

99.

In Franciae valle  
secessa adhuc somniat  
ultimus eques

100.

Stellarum viam  
ad orientem sequere  
ad magiae fontes

*Explicit Centuria Tertia*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .IV.

1.

Draconigenae  
intersideralia  
populabuntur

2.

Necragogarum  
incantationibus  
defigebamur

3.

Hippocentaurum  
arcuballistarii  
sagittaverunt

4.

Galaxiarum  
valetudinaria  
inspiciamus

5.

Pantocratera  
imaginatione  
circumscribemus

6.

Intermundiis  
peregrinabimini  
indesinenter

7.

Accipiamne  
munerigerulorum  
paraxenia ?

8.

Plenilunium  
sacrificatorium  
illuminabat

9.

Membranaceis  
permanifestabantur  
minitabunda

10.

Incantatorem  
superapparitio  
perterruerat

11.

Hippomachorum  
indefatigatorum  
errationes

12.

Narrationes  
peregrinabundorum  
audiemus

13.

Hyperboreis  
constellationibus  
dirigebamur

14.

Hierophantria  
mysteriosissima  
manifestabit

15.

Salamandrarum  
dissimulationes  
perspiciamus

16.

Caballarii  
supervacuitatis  
congredientur

17.

Authenticorum  
extraordinaria  
nuncupatio

18.

Divagabuntur  
infatigabiliter  
caballarii

19.

Irrevocanda  
constellationibus  
praedestinata

20.

Investigator  
irremeabiliter  
circumvagatur

21.

Permirable  
extragalacticorum  
deversorium

22.

Incantatoris  
irremediabilis  
maledictio

23.

Posteriores  
Merovingianorum  
observatores

24.

Francogallia  
meridianissima  
repositio

25.

Discordantium  
innumerabilium  
conciliatrix

26.

Illustramentum  
supermundialium  
pantocratera

27.

Propugnacula  
extraordinariis  
superfluebant

28.

Receptaculi  
incommensurabiles  
proportiones

29.

Liberamentum  
maledictionibus  
pantocratera

30.

Coronatorum  
hieroglyphicorum  
ostentatura

31.

Antiquissima  
incogitabilia  
resurrexerunt

32.

Sacrilegorum  
mussitationibus  
fascinabamur

33.

Epinicia  
abominationum  
resonaverunt

34.

Rejectanea  
extratemporalium  
aborigenes

35.

Salamandrarum  
habitatiuncula  
sciscitabimus

36.

Ignipotentis  
extraordinarii  
appellabuntur

37.

Penetralia  
inobservabilium  
aggrediemur

38.

Mostellorum  
cartilaginosorum  
transitiones

39.

Repraesentantur  
vaticinatoribus  
infernalia

40.

Necromantia  
horrificabiliter  
peragebatur

41.

Advenerantur  
sacrificatorium  
arrepticium

42.

Innumerati  
circumnavigatores  
proficiscentur

43.

Gubernatores  
extramundialia  
appetierunt

44.

Perdiutnam  
redintegrationem  
consideremus

45.

Tepefiemus  
ophiocephalorum  
hibernaculis

46.

Conviciosa  
hypodidascalorum  
ignorabimus

47.

Obtupescebant  
superstitionibus  
onirocritae

48.

Garrulitatem  
camelopardalium  
fastidiebam

49.

Perpetravere  
irreparabilia  
hyperborei

50.

Superaverunt  
cosmispaciatores  
opessulata

51.

Cynocephalus  
irrevocabilia  
manifestavit

52.

Interequitabant  
horrificabilia  
caballarii

53.

Reformidandis  
crebrivertiginibus  
fluctuabamus

54.

Paropamisus  
mesoasiaticorum  
luminarium

55.

Illiteratum  
grammatophylacium  
repperierunt

56.

Absconsissima  
theologumenorum  
contemplabimus

57.

Lascivibundae  
elucubrationes  
philosophorum

58.

Hamadryades  
intaminabilia  
appetiverunt

59.

Lotophagorum  
alucinationes  
perterritabant

60.

Massagetarum  
commeationibus  
profiscemur

61.

Paludamento  
transfiguratissima  
occultabantur

62.

Extraneorum  
ahieroglyphica  
perhorruimus

63.

Goliardorum  
blasphemationibus  
manifestata

64.

Titaniacas  
circummunitiones  
contemplatamus

65.

Morologorum  
vituperationes  
morigeremur

66.

Sacrilegia  
evangelizatores  
propagaverunt

67.

Imprecatio  
dissimilitudinis  
definietur

68.

Brephotrophea  
indescriptibilia  
Saturniorum

69.

Sogdianorum  
perseverantissima  
conservatio

70.

Acediantur  
obsidionalibus  
propulsatores

71.

Obsericatos  
interequitavimus  
sagittarios

72.

Perfectissimum  
misericordiarum  
receptaculum

73.

Egerminabant  
reconditissimorum  
progeneratio

74.

Galacticorum  
apoproegmenorum  
germinatio

75.

Haruspicinam  
apotelesmaticem  
consultabimus

76.

Abominandam  
repraesentationem  
evitabamus

77.

Galacticarum  
abominationum  
receptaculum

78.

Cortumione  
manifestationes  
aspiciebant

79.

Suffectione  
extragalacticorum  
conterrebamur

80.

Cryptographica  
lucubratiuncula  
illustraverat

81.

Machaeromache  
animadvertisine  
insidiosos ?

82.

Garrulitatem  
vaticinationum  
fastidivimus

83.

Pestilentiis  
scaturiginosorum  
suffocabantur

84.

Mysteriosis  
inspirationibus  
propellebamur

85.

Caliginosa  
alucitanione  
occaecabantur

86.

Peripetias  
photoxiphomachorum  
enarraverunt

87.

Luminaribus  
extramundialibus  
dirigebamur

88.

Nemorivagus  
maledictionibus  
vaticinator

89.

Conjugaverunt  
confarreatione  
extraterrestres

90.

Stratagemata  
extragalacticorum  
detegebantur

91.

Photomachorum  
multiplicatione  
obterebamur

92.

Portentifica  
investigaveramus  
integumenta

93.

Lotophagorum  
abominationi  
deliramenta

94.

Caballariis  
disparpaliabuntur  
sariphori

95.

Metaphysica  
dominationibus  
manifestabatur

96.

Commendabilis  
circumnavigatorum  
longanimitas

97.

Narrationes  
indefatigabiliter  
revolvebantur

98.

Oblivione  
commemorabilium  
oblitteramur

99.

Senatoria  
praevaricatione  
conturbabimur

100.

Constellatio  
septentrionalior  
illuminetur

*Explicit Centuria quarta*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .V.

1.

Equitum casus  
omnes, inquit, non nisi  
crambe repetita

2.

At tu Merline  
personam tollas licet  
o circulator

3.

Affanas istas  
callidi tropatores  
fabricaverunt

4.

Qui verba antiqua  
continenter jactitas  
nosne derides ?

5.

Somnia vana  
credis nos servatura  
a diris veris ?

6.

Insubidorum  
ambages vaniloquas  
nunc fastidio

7.

Cur juventutem  
nostram haec producentes  
lactare vultis ?

8.

Expedit tamen  
jucunda somniare  
in atrocitate

9.

Equites domnae  
reges incantatores  
nos comitentur

10.

Dira veritas  
faciem suam nobis  
haud semper monstrat

11.

In mundi rimis  
interdum aspicies  
superiora

12.

Mundi institores  
nos nimirum a veris  
firme devertunt

13.

Vultus occultus  
nobis rare ostenditur  
in grammaticę

14.

Circulatores  
a circulationibus  
appellabuntur

15.

Is nubes captat  
qui in veteribus libris  
vera sciscitat

16.

Consultum ite  
necragogas veteres  
avalonienses

17.

Sub elementis  
invenies altiora  
cryptogrammata

18.

Diu putavi  
aliquid eis inesse  
quae re vanae sunt

19.

Diu ad lampadem  
vetera scripta legi  
tam eheu caduca

20.

Magister mihi  
divus fuit mantuanus  
vatium pater

21.

In tusculanis  
sepulcris invenisti  
atros monitus

22.

Praeteritorum  
umbras reperciunt  
specula aerea

23.

Fanum iniimus  
semihominis canis  
magno cum metu

24.

Incisis verbis  
« Numquam venit venturus »  
spes omnis jacuit

25.

Cathari fratres  
in intima Francia  
verbum servabunt

26.

Hyperborea  
templa ferunt celare  
vasis fragmenta

27.

Academici  
doctissimi ignorabant  
quae repperierint

28.

Desertis locis  
marcescebant ultima  
verba tradita

29.

Caeli sidera  
respice atque ea videbis  
litteras esse

30.

Arborum etiam  
folia connexione  
demonstrant signa

31.

Maxima autem  
portenta ostendent clare  
hominum ora

32.

Rejectanea  
optimorum temporum  
nunc in desertis

33.

Nonne novisti  
inter barbaras gentes  
latere magos ?

34.

Variatis linguis  
inter utrumque mare  
latitat verbum

35.

Gog atque Magog  
ultra ferreas portas  
verbum custodiunt

36.

Ferreus custos  
ad Maracandae portas  
impios fugat

37.

Vulgus profanum  
ubi praestat omnibus  
qui vera petam ?

38.

Chenoboscii  
inventa manuscripta  
verbi reliquiae

39.

Qui heremita  
in oasis spelunca  
scripta celavit ?

40.

Gnosticus sophus  
maris nostri littore  
peregrinatur

41.

Sole aestuante  
miranda simulacra  
menti oriuntur

42.

Media in silva  
sinistra ista cappella  
deos non colit

43.

Caballarius  
heremitae atram speciem  
sero discrevit

44.

Quas vero preces  
nunc dis afferas surdis  
ima inopia ?

45.

In berphotropheis  
infantes sanguine  
nutriebantur

46.

Horrebat mater  
dum infantis aspicit  
acutos dentes

47.

Adoptivorum  
mira gesta dum spectat  
patrem paenitet

48.

Caeli stellati  
dira elementa legens  
perterritus est

49.

Horrendi vultus  
delineationes  
pingebant nubes

50.

Lacu Verbanno  
resonabant sermones  
Evigilati

51.

Alpini montes  
heremitarum multorum  
refugium erant

52.

Quaere firmamen  
usque ad Lacum Verbannum  
apud monachum

53.

In sancti crine  
meditantis nidulum  
confecit avis

54.

Unius carminis  
syllabae mundi gesta  
Deo modulante

55.

Syllaba ultima  
secreto continetur  
in vase sacro

56.

Avium sermonem  
attente audi nam insunt  
verae syllabae

57.

Bis Lex tradita est  
hominumque et avium  
sacris loquelas

58.

Saxo vetero  
inhumana incisa sunt  
hieroglyphica

59.

Equitis scutu  
splendet signum magicum  
loquelae verae

60.

Per domnam suam  
homagium profert eques  
muliebri aeterno

61.

Rosae folia  
daedala significant  
verbi meatus

62.

In atro specu  
manifestata virgo  
cujus ancilla ?

63.

Fasciis ornata  
ad sacrificatorium  
adit victimā

64.

Plebeius furor  
per Maracandae vicos  
jugiter saevit

65.

Ex Occidente

Maracandam venerunt

caeci legati

66.

Ferunt insulas

nuperrime repertas

absque anima esse

67.

Providentiae

scribebat Eratosthenus

solitarius

68.

Pavebat scriptor

coaetaneos suos

cum respiceret

69.

Ipsa terra haec

quam putabamus nostram

nunc respuit nos

70.

Loci genii

diutius latitantes

mox apparebunt

71.

Eratosthenus

in barbarica terra

futura aspexit

72.

Ad fenestram stans  
scriptor foris saevientem  
turbam spectabat

73.

In vetere averta  
syriacis litteris  
inveni scripta

74.

Potationes  
commissationesque  
turbae pabulo

75.

Abjecto mundo  
in secessu sapiens  
maeste ruminat

76.

Regis Artorii  
dulces ambages noli  
audire nimis

77.

Cur mens humana  
dulcibus his affaniis  
tam seducitur ?

78.

Pristinae demum  
voces absunt omnino  
receptaculo

79.

Noli somniare  
vera fortius respice  
mundi praesentis

80.

Dimitte me  
praecor ut somnia me  
quiete videam

81.

Expergiscere  
vera te non relinquent  
quatenus vivas

82.

Orbis equites  
nunc raedis devehuntur  
aestate ad mare

83.

Equites equos  
jam amisere suos  
pro vehiculis

84.

Ad oblivionem  
optimi vini plenum  
calicem tolle

85.

Laetemur ergo  
splendet sol canuntque aves  
ante nil magnum

86.

Manu te ducam  
juxta Sequanae ripam  
sub ravo caelo

87.

Osculemur dum  
nos invitant Parisii  
oblivioni

88.

Parisiis vivit  
nunc Merlinus sub ponte  
cibos mendicat

89.

Gradale vestrum  
nil aliud quam corrosa  
rubigine olla

90.

Te amo devote  
domina Gynevera  
verborum crater

91.

Nunc in Gradali  
rapa coquunt caulesque  
incantatores

92.

Moderni equites  
in hetaeris merentur  
munera sua

93.

Stellas respice  
eas circueunt demum  
mundi deserti

94.

Universorum  
aeternum silentium  
nos comitabit

95.

Coeli vacui  
vanique in perpetuum  
nobis tacebunt

96.

Quid verba quaeris  
pristina cum noveris  
aeque stulta esse ?

97.

Aurem attende  
sphaerarumne musica  
tumultus iste ?

98.

Gradale nostrum  
quaerere desinamus  
ad Maracandam

99.

Vas sanctum servant  
hodierni argentarii  
in loricatis

100.

Stellatae noctis  
silentium insufflet  
spem renovatam

*Explicit Centuria quinta*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .VI.

1.

Compugnantibus  
jam universi stellis  
quo fugiamus ?

2.

Ferunt aliqui  
nobis se insinuasse  
anguis fautores

3.

Incipit finis  
per totum orbem flagrant  
silvae montesque

4.

In America  
scaturiunt aestuosi  
Vulcani fontes

5.

Vaticinatur  
boreae Americae solum  
mox erupturum

6.

Fugient turbae  
mox liquefactas massas  
per vias igneas

7.

Sub atro coelo  
conflagrant urbes  
per totam planitiem

8.

Discrevit sophus  
hoc mundi simulacrum  
caecis omnibus

9.

In monasteriis  
scriptoriisque somniant  
lassi clerici

10.

Et Verbum caro est  
factum quando autem caro  
Verbum reficietur ?

11.

Expedit numquam  
cernere quod videmus  
in aenigmate

12.

Nam hominum mens  
omnium celerrima  
luce velocior

13.

Mente si fingis  
perlonginquam regionem  
ibi statim es

14.

Intellectusque  
et mens omnibus armis  
excellent certe

15.

Aurea virga  
rex nemorensis  
antiqua servat

16.

Numina omnia  
unde sint orta nisi  
hominum mente ?

17.

In principio  
fuisse fertur Verbum  
haud vero Deum

18.

Hoc fuit peccatum  
maximum Deum nempe  
pro Verbo orare

19.

Certi numeri  
spiritum impedium  
verum quaerentem

20.

Quando redibunt  
illa Saturni regna  
vate promissa ?

21.

Iugiter orans  
in silva heremita  
deos exspectat

22.

Clam et monachus  
alienos orat deos  
in cella sua

23.

Diris tormentis  
inquisitor maximus  
gradale querit

24.

Gradale sanctum  
in popina sordida  
atraque latet

25.

Caupo cottidie  
panno vili deterget  
sanctam crateram

26.

Arma hodierna  
horrent arcentque equites  
spathisque adhaerent

27.

Hodierna bella  
televisiva tantum  
spectacula sunt

28.

Collum focali  
qui liget quomodo olim  
eques exsistat ?

29.

Nam vulgaritas  
adventurae inimica  
semper evadit

30.

Camalodunum  
tam procul nobis distat  
qui nunc vivimus

31.

De altis moenibus  
Maracandae videmus  
ruentem mundum

32.

Caliburnum jam  
reliquerunt equites  
pro photoxiphis

33.

Autoraedaene  
paraveredum album  
aequare putas ?

34.

Lancea rupta  
infixa solo equitis  
tumulum signat

35.

Num universum  
in splendore suo monstrent  
certi numeri ?

36.

Absconditorum  
mundi signa aenigmate  
monstrat verbum

37.

Postici mundi  
interdum revelantur  
obscuris verbis

38.

Facie ad faciem  
si illum vis aspicere  
certe peribis

39.

Somniant fungi  
lunae ad sextum erronem  
pristinos deos

40.

Lucis radius  
e media Maracanda  
Saturnum pergit

41.

Per vitae aspera  
nos comitantur semper  
lemures dulces

42.

Vis electrica  
mox humana cerebra  
corroborabit

43.

Utrum machinae  
an homines sint jam clare  
non discernitur

44.

Nocturni canes  
per campos errant atros  
dire ululantes

45.

Murilegorum  
voices in nocte laudant  
Dianam obscuram

46.

Ad terrae finem  
Sancti Michaelis fanum  
verbum custodit

47.

Alae candidae  
pristini archangeli  
antiqua fremunt

48.

Subterraneis  
in viperarum fanis  
latent tabulae

49.

Archaeologus  
obstupuit dum audit  
serpentum voces

50.

Pallidae ferae  
specu aggrediebantur  
fesso viatori

51.

Oscinum voces  
nocturnis ventis clamant  
mira praesagia

52.

Somnio vidi  
semihominem canem  
fumis volutum

53.

Equites quando  
chameuniae assueti  
lectis fruentur ?

54.

Vox A pristina  
modulis infinitis  
se transformavit

55.

Celare nesciunt  
sontica jam sapientes  
a curiosis

56.

Conclamatum est  
in Europa infixum jam  
vulgi vexillum

57.

Dominae suae  
servire debet eques  
ad mortem usque

58.

Naturaliter  
verbi facta est mulier  
aeterna custos

59.

Verbumne servat  
mulier, inquis, an potius  
vanam loquela ?

60.

Ab oriente  
procul Maracandam venit  
sinensis sagus

61.

Qui Maracandam  
cepit bellator ferus  
verbum ignorat

62.

Diu tyrannus  
vitae aeternae secretum  
a sago quaerit

63.

Secreta quaeris  
o rex quae sub pedibus  
tuis habes jam

64.

Aeris flatus  
vocabula nostra, ultra  
quid quaeritis ?

65.

Putridae carnes  
stercus fiunt unde crescunt  
flores splendidi

66.

Numquam viderant  
equites tam horrendos  
flores carneos

67.

Tria secreta  
sunt ad bene scribendum  
quae nemo novit

68.

Sales vitales  
ad usus horribiles  
auferre volunt

69.

Pithecanthropus  
inhumanis faucibus  
humana profert

70.

Noli oblivisci  
pulcherrima domina  
amici nomen

71.

Fanaticorum  
clamoribus quis finem  
tandem afferet ?

72.

Dulce ante omnia  
libertatis mihi nomen  
numquam tacebo

73.

Exsecrabilium  
appagineculorum  
voces audivit

74.

Aspexi tandem  
ex arenis deserti  
equitum pulvis

75.

Maracandae fui  
nihil vidi ibi nisi  
lutosum vicum

76.

Per Maracandae  
lugubres vicos ibam  
a spe delapsus

77.

Vide rusticos  
vide pannosas vestes  
en Maracandam

78.

Verborum arcem  
qui petierit viator  
retro iter vertat

79.

Vocabula enim  
omnia ore vulgari  
nunc circumvolant

80.

Divo cratere  
nunc in popina bibunt  
cerevisiam

81.

Nam vellem tecum  
misera ista secreta  
jam relinquere

82.

Salamanca enim  
profecti Maracandam  
somniabamus

83.

In civitatis  
ruinis loquebantur  
rustice canes

84.

Servi carnales  
zelotype respiciunt  
verbi spiritum

85.

Sunt deliria  
summis diis inspirata  
et daemonica

86.

Infelix amans  
umbrae captus amore  
verbum amittit

87.

Qui verbum amat  
verborum marsupium  
feminam amet

88.

In Casgariae  
solitudine inveni  
miram membranam

89.

Litteras vide  
patet eas hominem  
scripsisse nullum

90.

In Salamancae  
subterraneis latent  
scripta interdicta

91.

In rogo uritur  
sagus a quo expressa sunt  
verbi secreta

92.

Silentium magnum  
terras nostras invasit  
sub stellis mutis

93.

Se extendit umbra  
incommensurabilis  
super hunc mundum

94.

Iordanus Brunus  
crateris penetralia  
intuitus est

95.

Ne vivat sagus  
hominesque deique  
id non sinent

96.

Tenebris diris  
nos et obvolventibus  
sperare licet

97.

Phantamasta enim  
circum nos volitant nunc  
signaque mittunt

98.

Haud sophi tantum  
audire possunt voces  
larvarum circa

99.

Murmurant manes  
circum nos perpetuo  
cum surdi simus

100.

In nocte quieta  
silent constellationes  
super mortuos

*Explicit Centuria Sexta*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .VII.

1.

Planeta ruber  
sinistre in coelis signat  
ventura bella

2.

Stellarum signa  
inquietae dryades  
inspiciebant

3.

Aureae aetatis  
finem indicaverant  
omina eadem

4.

Bifrontem deum  
rerum veram faciem  
juste adoremus

5.

Duplicacione  
humanorum foetuum  
fiet homo novus

6.

Venturus homo  
qualis, rogatis, erit  
nisi vanitas

7.

Duplicati omnes  
nascentur germinatis  
cogitatibus

8.

In hoc tumulo  
sine nomine corpus  
tacitum jacet

9.

Noli viator  
heic sistere gradum nam  
jacet nefandum

10.

Raucis vocibus  
expavescunt viatores  
juxta tumulum

11.

Videte amici  
revolvitur nunc lapis  
exit cadaver

12.

Nunc tentaculum  
glutinosum atque album  
a specu erepit

13.

Disci volantes  
unde venerint qui scit  
jure pavescit

14.

Afferunt quidam  
oriri extraterrestres  
ab imo Orco

15.

Exercitum  
Deus nunc absconditur  
ultra nubila

16.

Ferunt aliqui  
Gradale a mundo nostro  
jam migravisse

17.

Quid autem erit  
mundus quem reliquerit  
ultimum sacrum ?

18.

Magnus deus Pan  
mortuus esse fertur  
deum ultimus

19.

Quoniam lumina  
nostra vertamus dehinc  
in vanis coelis ?

20.

Silent di deaeque  
a demiurgo mundus  
regitur dure

21.

Gynevera autem  
hostes fecit qui antea  
erant amici

22.

Vera verba nunc  
mendacia sunt vana  
sub sole novo

23.

Salve regina  
ferarumque domina  
vacuipotens

24.

Ad navem eamus  
nam patet hunc planetam  
nos respuere

25.

Hae submarinae  
ruinae ante homines  
diu extuctae sunt

26.

Romae aquila  
in Samartia deserta  
denique evanuit

27.

Romae captivus  
in pariete barbara  
lupam depinxit

28.

Apud Barbaros  
diu captivus Romanus  
linguam amisit

29.

In rupe incisae  
romanae litterae hae  
tantum supersunt

30.

Tellurem nostram  
mox collidet stella errans  
id monet vates

31.

Coruscantibus  
stellis in muto coelo  
sub terra latent

32.

Turrem aspice  
numquam intrabis eam  
si mente sana es

33.

Non sunt larvae inquis  
quocum jam horam unam  
colloqui putas ?

34.

Frigent sub terra  
corpora quorum forma  
expavefacit

35.

Terrae antarcticae  
glaciebus servant formas  
oblitterandas

36.

Judex paradoxus  
damnati ducis jacet  
nunc in tumulo

37.

Sciscita modo  
judicum fata illorum  
perterreberis

38.

In psychomantio  
evocatis manibus  
insaniit vates

39.

Mortui animae  
ingementes noctuae  
comites erunt

40.

Necromantiae  
peractis atris sacris  
subsedit coelum

41.

Amicae velum  
tollere cum ausus sum  
monstrum aspexi

42.

Noctu castellum  
invadunt animarum  
albi reptores

43.

Phantasmata alba  
sucurrite citius  
morituro mihi

44.

Urbem hanc nostram  
supervolant nubila  
antiqui odii

45.

Qua occulta via  
Gradale auferre quiere  
cathari fratres ?

46.

Pyrenaei montis  
perangustis semitis  
Gradale ferunt

47

Alphonsi regis  
fortissimi comites  
vas servaverunt

48.

Ultra Colchidem  
Sarmatae mercennarii  
vas portaverunt

49.

In monasterii  
hispanensi membrana  
mappa depicta est

50.

Socii veteres  
veterum meminisse  
jam fastidiunt

51.

Heremita olim  
in spelunca repperit  
transcriptam mappam

52.

O discipule  
moriturus nunc tibi  
hanc mappam trado

53.

Nunc pusiole  
per iter tenebrosum  
abire licet

54.

Cancri languidi  
pallidique in speluncis  
contemplabantur

55.

Mente non finxi  
tam magnos philosophos  
esse araneos

56.

Perpauci sumus  
inquit mus servatores  
antiquae linguae

57.

In Caucaso nunc  
Sarmatarum ultimi  
fideles latent

58.

In hac membrana  
nihil scriptum est aliud  
quam deliria

59.

Videte cives  
qui duces esse jactant  
nunc dedere arma

60.

Carmine acerbo  
coelo deducit lunam  
saga furiens

61.

Flamine mundus  
procedit se in fine illuc  
complicaturus

62.

Ubi terrarum  
inveniemus a saga  
deductam lunam ?

63.

Montis sacellum  
antiquorum deorum  
dentem servat

64.

Sacrificio  
adducta hostia illa  
plebem fugavit

65.

Sacrificator  
ut hostiam mactavit  
perterritus est

66.

Apocalypsis  
numerum revelavit  
venturae bestiae

67.

Cryptographice  
sortilegus descripsit  
venturum monstrum

68.

Archaeologi  
securem effodierunt  
manui ineptam

69.

Tumulus enim  
hic humanam figuram  
tenere nequit

70.

Legatus taeter  
lascivam saltatricem  
attraxit manu

71.

Eques iratus  
ensem stringere velit  
placante rege

72.

In planitie  
eminus accurrebat  
pallida fera

73.

Omina mala  
regem inquietabant  
in palatio

74.

Stella haec nova  
ineuntem aetatem  
atram indicat

75.

Ut di nos ament  
ad occiduum solem  
proficiscamur

76.

Solitudinis  
per viridem arenam  
ambulabamus

77.

Pannuci viri  
Parisius in vicis  
propagant verbum

78.

Paroxystica  
deliria audivimus  
neo-prophetae

79.

Vagi pannosi  
soli nunc in tota urbe  
antiqua tradunt

80.

Mendicos cura  
multos invenies horum  
magos fuisse

81.

In saeclo nostro  
veri sagi nonnisi  
mendici fiunt

82.

Exoculatae  
animae pervagantur  
in Orco caeco

83.

Saeptuose enim  
nobis loquuntur libri  
sibyllini illi

84.

Noli Sibyllae  
personam tollere quae  
taetrum celat

85.

Persapienter  
fecisti cum oppidum  
nocte fugisti

86.

Spiritum serva  
corporeum ne tibi  
desint flamina

87.

Sacerdos magna  
media in solitudine  
vocem protulit

88.

Eques divagans  
ultra arenosas colles  
carmen audivit

89.

Maracandae eheu  
permutato sermone  
tacuere voces

90.

Quando redibunt  
sodales nostri fortes  
arenivagi ?

91.

Riciniati  
sacerdotes clanculo  
victimas ducunt

92.

In summa arbore  
lecto reticulato  
quiete oscillor

93.

Chersonesum  
petamus Armeniamque  
veteres Graecias

94.

Equa unicornis  
imae Galliae silvas  
adhuc pererrat

95.

Dulce unicornis  
caput reclinat tandem  
virginis sinu

96.

Pullulant hodie  
per orbis civitates  
desperatae vires

97.

Lupi hominum  
praedas quaerebant suas  
per urbis vicos

98.

In occiduis  
urbibus praeconium  
plebem hebetat

99.

Coelum nocturnum  
bolis sanguinaria  
linea notat

100.

Pacem aeternam  
nobis permittunt certe  
stellae longinquae

*Explicit Centuria septima*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .VIII.

1.

Videte socii  
stellam novam clamantem  
apocalypsin

2.

Bestiae numerus  
per totius terrae telam  
volitat latens

3.

Tollit transenna  
blande vagas animas  
cybernautarum

4.

Asserunt enim  
per Rete nunc errare  
maleficum quid

5.

Vacui oculi  
atque inanes facies  
cybernautarum

6.

Sublata est illi  
anima dum transennae  
sittybum visit

7.

Sittybos fertur  
esse ita maleficos  
ut doctos fugent

8.

Divae lagoenae  
oraculum petebat  
cybernauta audax

9.

Trans Pacificum  
mare vecta sunt verba  
Maracandae orta

10.

Tete introspice  
nam in imo pectore  
Gradale habes

11.

Tot gradalia  
quot homines ambulant  
vasa bipedia

12.

Ficticiaque  
et sonora et vacua  
vasa humana

13.

Verborum crater  
aeternum muliebre  
aureae catenae

14.

In syllaba una  
continetur universum  
multigenerum

15.

Phantasmata atra  
multivaga pererrant  
totam transennam

16.

Turpidine  
tabescunt nunc equites  
ruri secessi

17.

Fontem quaerimus  
ut sitis inexstincta  
levetur tandem

18.

Vestalis sacra  
innocua victima  
ad deum descendit

19.

Quandonam usque  
Hesperus bicornuuſ  
ſe dilaniabit ?

20.

Europam Asiae  
reliquat Byzantium  
pons perpetuus

21.

A Maracanda  
ad Constantinopolim  
fugere oportet

22.

Templi ruinae  
paulatim arenis jam  
occultabuntur

23.

Rubrae procellae  
in Martis planitie  
signa detegunt

24.

Infatigati  
spatiatores mundi  
numquam desinent

25.

Iacebis olim  
in frigido tumulo  
finem dum speras

26.

Spatiotemporis  
in hiatu delapsus  
aetatem mutas

27.

Hiavit tempus  
sum extemplo delapsus  
in mundum novum

28.

Aerinavis  
in procellis fluctuans  
tempus mutavit

29.

Ubinam sumus ?  
Ecce nobis advenit  
alienigena

30.

Ultra eas nubes  
coelum jam caeruleum  
nos invitabant

31.

Universitas  
intergalactica nunc  
studentes capit

32.

Nam clandestini  
latent apud nos ipsi  
et mox exsistent

33.

Ab imo mari  
statuas emerseunt  
quondam deorum

34.

Divorum vultus  
alto emersi homines  
attonuerunt

35.

Nequuit sacerdos  
protectiva carmina  
canere in eos

36.

Mors mihi dulcis  
in manus nisi incidam  
Dei viventis

37.

Diu laographi  
carmina indagaverunt  
agricolarum

38.

Hieroduli  
taetro serviunt deo  
sericis tecto

39.

Rodunt lamiae  
in tumulis corporum  
sanguinea ossa

40.

Providentiae  
ignotus scriptor noctu  
atra somniat

41.

Nocte agricolae  
miras fabulas narrant  
de illis montibus

42.

Annos tredecim  
nigram peregrinationem  
in Asia fecit

43.

Ferunt Chorazin  
atram esse antipolin  
hominum urbis

44.

Vocante saga  
singillatim labuntur  
tumuli claves

45.

Ad mundi finem  
burgundiense bibamus  
rubidum vinum

46.

In syriacis  
quibusdam monasteriis  
traditur verbum

47.

Coptice legi  
manuscripta secreta  
nemini pervia

48.

Templa optica  
aegyptia scripta impia  
clanculum servant

49.

Ad Nilum vidi  
volumina in vasibus  
mire signatis

50.

Quem taetrum natum  
rubra in coelo nuntiat  
scintillans stella ?

51.

Nam sortilegus  
revelare timebat  
cryptica signa

52.

Mox videbimus  
orientem in coelo  
fatalem stellam

53.

Ut audita sunt  
fatidica verba haec  
commota est terra

54.

Bene valet Deus  
patinis rotulatis  
in coelo ludit

55.

Ter stultissimus  
qui credit esse aliquid  
in libris scriptum

56.

Tempus jugiter  
in flammis comburimus  
inanitatis

57.

Voce aliena  
loqui coepit amicus  
tamdiu notus

58.

Undae longinquae  
nobis imo ex spatio  
nunc pervenient

59.

Sodales nostri  
scientiae voverunt  
servire semper

60.

Crematae sagae  
ab ore nocte erepsit  
anguis nefanda

61.

Dapinaverunt  
in fano sacerdotes  
cibos nefandos

62.

Accepi noctu  
radiophonis signa  
ignotae linguae

63.

Cur necati sunt  
linguarum antiquarum  
tot professores ?

64.

Chenoboscii  
scripta investigans doctus  
trucidatus est

65.

Aeriportu  
repperi me sequentem  
dissimulatum

66.

Insequentibus  
me taetris creaturis  
frustra fugiebam

67.

Nam dupliciter  
eduntur voces et clam  
necnon aperte

68.

Idem vocabulum  
sensum praebet speciosum  
atque secretum

69.

Solus sapiens  
vocum penetralia  
vere inspiciet

70.

Vulgus speciem  
tantum verborum velit  
intelligere

71.

Maris sub aquis  
diu somniaverunt  
numina absconsa

72.

Amore captis  
oculis ille aspicit  
reptentem molem

73.

Ab amaticis  
ore lepide eduntur  
pallidi vermes

74.

Hominem vidi  
minutim a formicis  
jam manducatum

75.

Cum primum mundus  
ad esse erupit olim  
jam erat Malum

76.

In materiae  
imis fragmentis vides  
insitum malum

77.

Sic materia  
hominem ad se trahit  
a bona mente

78.

Spiritus Dei  
super aquas malignas  
tunc ferebatur

79.

Venturum mundum  
echidnarum suboles  
imperare vult

80.

Ira ventura  
hominum prosapiam  
oblitterabit

81.

Vespere et mane  
pluries jam factum est  
quondam mundorum

82.

Super aquarum  
faciem volitabat  
antiquum numen

83.

Intermoritur  
filius dum agnoscit  
patris faciem

84.

Antiquissimam  
aspe ximus coronam  
pristini dei

85.

Statim horiam  
sub aquas mersit atras  
numinis manus

86.

Mortuo deo  
nunc mundum nostrum regit  
rex daemonicus

87.

Coelum nocturnum  
dulcem auram inspirat  
spei futurae

88.

Stellarum voces  
intendunt assidue  
noctu prophetae

89.

Cathari fratres  
noctu combustum castrum  
clam reliquerunt

90.

Solitudines  
sarmaticas transierunt  
ad Maracandam

91.

In Tartarorum  
desertis lux eminus  
Gradalis splendet

92.

Hominem vidi  
longo itinere exhaustum  
linguis loquentem

93.

Sophos occultos  
invenire debemus  
in mundo obscuro

94.

Atlantidemque  
procul petamus socii  
pristinum locum

95.

Ad galaxias  
qui non mittit oculos  
vermis est caecus

96.

Plerique eheu nunc  
capite damnati absque  
cerebro ambulant

97.

Sub illo colle  
diu est sepultus discus  
ignoti mundi

98.

Nostrae Europae cor  
in horrendis tenebris  
radices agit

99.

Altum castellum  
in caligine dubie  
aenigma profert

100.

Stellarum dicta  
dum silent mundi voces  
attendit vates

*Explicit Centuria octava*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .IX.

1.

Noctis nubila  
luce praebent pallida  
Deae faciem

2.

In mutabili  
nobis perennes faces  
antiqui auctores

3.

Raedaria grex  
in urbanis desertis  
depascebatur

4.

Nil aliud quam  
daemonium sanguinem  
naphtham aiunt

5.

Sodales nostri  
tyrannia oriente  
clandestini fiant

6.

Posthac equites  
pugnam agent secretam  
pro amore Verbi

7.

Sibilant aves  
in arboribus aevi  
voce mystica

8.

Nigri monachi  
noctu vicos ambulant  
taetre canentes

9.

Statim mutantur  
lepidae cantiones  
in ululatus

10.

Nunc umbra mortis  
ut solet nobis pendet  
dum clam ludimus

11.

Nos clandestini  
in mentis subterraneis  
occulta agimus

12.

Bacchatur turba  
soluta in urbis vicis  
veniente ira

13.

Silent nunc voces  
cum barbari strepitus  
terram inundent

14.

Parisiis genii  
in cloacis ambulant  
atque nos quaerunt

15.

Trans mortis nubes  
lucem petit anima  
praeteritorum

16.

In specu extremo  
manum puella agitat  
venienti patri

17.

Levior avis  
animae caelum petit  
liberata tandem

18.

Tenebras mittit  
in cunctos intellectus  
irrepens hostis

19.

Niligenarum  
monachorum fabulae  
taetra referunt

20.

Divi larvati  
vestigia reliquerunt  
in fanis mira

21.

Septentrionis  
altas plenities circum  
desperans ibam

22.

Trans alta moenia  
marmorea sudebant  
Mali mephites

23.

Dulce venenum  
antiquorum carminum  
venis irrepit

24.

Taetra figura  
venientis deitatis  
coelo scribitur

25.

Odio plebi  
jam sophi nomen ipsum  
citante Malo

26.

Ranarum gentem  
veneramus quae ancillae  
dei sint nostri

27.

Asherunt illi  
resurrexisse deum  
in mira specie

28.

Librum conscripsit  
de imitando daemone  
theologus ille

29.

Coelo nocturno  
in diem crescit aster  
Terram icturus

30.

Dira carmina  
larvatae sacerdotis  
in fano sonant

31.

Nam regem quondam  
ferventer exspectamus  
atque futurum

32.

Noctu splendebant  
mire felini oculi  
dilectae meae

33.

Regis comites  
ad novissimam pugnam  
milites ducunt

34.

In planicie errat  
ultimae vocis clangor  
sub vano caelo

35.

Archaeologi  
fragmenta recolligunt  
primi carminis

36.

Dubia lingua  
mussat professor voces  
nefas carminis

37.

Navigatores  
impavidi incognitas  
terras fugiunt

38.

Lymphatus vates  
per Maracandae vicos  
delirat sane

39.

Hebes professor  
meminit se olim nosse  
elementa sacra

40.

Super oppidum  
simulacrum nefandum  
revelabatur

41.

Lunae montibus  
exsultabat insane  
malefica exsul

42.

Obscaena mima  
sacerdotem temptabat  
in fano noctu

43.

Asinus doctus  
disputationibus  
praesidebat

44.

Legicustodes  
clavis dementer feriunt  
pueros inermes

45.

Tela verba sunt  
sacerdote ministrante  
mane conjecta

46.

Noctu aedes sacras  
pyroboris dirumpunt  
Mali fautores

47.

Sacras virgines  
ad stuprum rapuerunt  
novi barbari

48.

Parisii nos  
ad altiorem vocant  
recordationem

49.

A Nectanebo  
didicit Alexander  
Verbi magiam

50.

Aristoteles  
Secretum Secretorum  
regi tradidit

51.

Ostenta magna  
videbimus antequam  
evertantur res

52.

Alchabitius  
insanus sortilegus  
vera monuit

53.

Duodenarium  
circulum dipinxerat  
magus Sarmata

54.

Arthurus Daeus  
mittente patre procul  
Russiam petiit

55.

Pamiram montem  
priscum verborum fontem  
indicat Vates

56.

Veram loqueland  
stulti esse putabamus  
cymbalum mundi

57.

A monte Pamira  
Maracandam Gradale  
transferre opportet

58.

Septentrionis  
samanae asserunt nosse  
pristina verba

59.

Maracandam  
axem mundi nominant  
occultae runae

60.

Arenae arenae  
infinita laxitas  
ad Maracandam

61.

Uliginosa  
loca tristia intersunt  
ante Pamiram

62.

Quid est Gradale  
nisi stultorum gratia  
ratio vivendi ?

63.

Tam multa stulti  
de Gradali blaterant,  
addere pudet

64.

Per Sarmatias  
quaerunt semper equites  
fictitium vas

65.

Circum volitant  
nunc mephiticae larvae  
vivos quaerentes

66.

Evocaverant  
adulescentes larvas  
male furiales

67.

Absconsae runae  
a doctis tandem lectae  
nonnisi birrae

68.

Caduca vento  
forte ad rupem spirata  
litteras formant

69.

Roericus magus  
ad Pamiram quaesivit  
mysteria magna

70.

Hermae caducaeus  
in imis genis formam  
impressit primo

71.

Naturae signis  
hominibus loquitur  
dius Mercurius

72.

Animalium

genorum helix duplex  
caducae signum

73.

Ferunt nomades

specum esse a Pamira  
ad Maracandam

74.

Pamirae apices

Gradalis quaesidores  
aeternum monent

75.

Nili flumine

natant meditativi  
gymnosophistae

76.

Nilum Aegyptii

venerantes indicant  
nihili signum

77.

Nili aquae magni

corpus mittam mentemque  
ad eleutheriam

78.

Eleutheriae

mari magno me mittam  
peracta aetate

79.

Petrosa tarda  
ut spero sonabuntur  
novissimo die

80.

Apud te vellem  
vitae postremum diem  
latine agere

81.

Ad Nili ripam  
accedit philosophus  
placato corde

82.

Diu Nilum flumen  
muti contemplabantur  
philosophi aevi

83.

Edessa syra  
orienti occidentem  
miscere novit

84.

In Nilo natant  
albi perinde ac loti  
gymnosophistae

85.

Sequana nostra  
te ad Nilum recta ducet  
meditatione

86.

Nili natantes  
eminus clarum spectant  
fontem entium

87.

Media in Sina  
syriaca stella monet  
verba tradita

88.

Fageae tabulae  
Oghamicis litteris  
secreta tradunt

89.

Fabulas scruta  
nam eis insunt secreta  
numquam reperta

90.

Magnae planitiei  
nomades per saecula  
Gradale laudant

91.

Religionem  
a Marte translatam  
runae indicant

92.

Ductor invictus  
in desertis oppidum  
suscitaverat

93.

Noli viator  
simulacris credere  
obviam factis

94.

Ultra Pamiram  
ferunt esse castellum  
ultimi magi

95.

Urbis cloacis  
pullulant negotia  
carnis cupida

96.

Heic Parisius  
sub stratis nocte natant  
cloacae monstra

97.

Palmyrae fano  
Isidem orant  
Osiridemque

98.

Isidi deae

pura neque cruenta  
sacrificemus

99.

Palmyrae colunt  
desertorum nomades  
syriam deam

100.

Dearum signa  
in coelorum tenebris  
existunt stellae

*Explicit Centuria nona*

CRATERIS CHILIAS

Centuria .X.

1.

Nam Parisius  
tam visi quam invisi  
nunc demoramus

2.

Aqua permanens  
alchymistarum a Nilo  
flumine scatet

3.

Dea cyprina  
vitae laticem mittit  
colente mago

4.

Haustum silentii  
a vase mercuriali  
olim bibemus

5.

Lutetia nostra  
civitas mercurialis  
materia prima

6.

Lapidis aurei  
equites Parisius  
congreguntur

7.

Chymicae nuptiae  
in Nostrae Dominae templo  
conficiuntur

8.

Nam ipsum lumen  
per infinita spatii  
minus velox fit

9.

Temporum finis  
quomodo excogitetur  
nobis caducis ?

10.

Mortales divi  
antiquorum memorias  
jam perdiderunt

11.

Iohannis Daei  
monas hieroglyphica  
occulta rosa

12.

Nocte alchymica  
urbis vicos ambulat  
omina quaerens

13.

Animivora haec  
monstra in ruinis latent  
dum nos exspectant

14.

Iucundus vultus  
in nocturnis nubibus  
placide lucet

15.

Imi Parisii  
absconsas celant runas  
Normanis scriptas

16.

Abi inferius  
ubi elementa invenies  
nemini nota

17.

Sancti Germani  
fanum umbra protegit  
rhodostauricum

18.

Urbs par Isidi  
artis chymicae gaza  
clam vocatur

19.

Ipse Cartesius  
Parisius quaesivit  
Rosae legatos

20.

Sueciae regina  
quaerendum curat librum  
trium impostorum

21.

Boreus legatus  
per urbem nocte ambulat  
abditum quaerens

22.

Regni proceres  
clam populorum jura  
exigunt sibi

23.

Artem aegyptiam  
Harpocrate favente  
perscrutabimur

24.

Granni repertae  
aegyptiacae tabulae  
dira revelant

25.

Granni canales  
subterraneos signant  
antiqueae runae

26.

Qui veritatem  
in desertis sciscitant  
numquam falluntur

27.

Ipsa civitas  
vere recesso cordi  
solitudo fit

28.

Arenas movet  
nocturnas flatu genius  
in deserto errans

29.

Isidis terram  
Atlantidem fuisse  
ferunt Aegypti

30.

Media in insula  
Lutetiae est exstructum  
Isidis fanum

31.

Soli Parisiis  
chymistae Aegyptorum  
secreta tradunt

32.

Septuaginta  
Alexandrina celant  
vera mysteria

33.

Alexandrini

chymistae tunc fugerunt

Parisios usque

34.

Sub Normanorum

runis Parisiis leges

hieroglyphica

35.

Heic Lutetiae

mixta invenies Orientis

Occidentisque

36.

Nam summae turres

templi procul conspicunt

ad Maracandam

37.

Qui in hoc fano orat

Virginem preces agit

Isidi deae

38.

Quae enim Isidi

vere par est nisi ipsa

beata Virgo ?

39.

Deus mortuus

deinde redivivus

nonne est Osiris ?

40.

Vas mercuriale  
crater hermeneuticus  
Gradale nostrum

41.

Decem sphaerarum  
musicat audit solus  
chymista sophus

42.

Occultos succos  
scite in Gradali miscet  
vocum magister

43.

Concubia nocte  
per Parisiorum vicos  
errant phantasiae

44.

In his aedibus  
diu phantasticus scriptor  
taetra passus est

45.

Iam vesperascit  
repercutiunt turres  
occiduum solem

46.

Horrendos grypes  
conscendunt equites  
ad Maracandam

47.

Somniat vates  
atque hariolatur  
in populares

48.

Vesperae luces  
autumna coeli templa  
cordi memorant

49.

Nonnae et monachi  
vere aedificaverunt  
Lutetiam nostram

50.

Specus cloacae  
speluncae Parisius  
ut labyrinthus

51.

Saeviens turba  
plebs irata sophorum  
regnum terminat

52.

Stellimontanum  
appellabant rustici  
Satanae fratrem

53.

Clam alchymista  
in insula baltica  
operabatur

54.

Ad Himaum montem  
iit magus locum quaerens  
sacrae Sambalae

55.

Mundi illum regem  
ferunt lamae latere  
Pamirae in specu

56.

Qui pacem mundo  
afferre vult non nisi  
bellum suscitat

57.

Alexandriae  
musaei cineres jam  
avide scrutas

58.

In philosophi  
rogo ardebat volumen  
antiquissimum

59.

Nemorivagi  
heremitae murmurant  
carmina arcana

60.

Alexandrina  
columbaria celant  
chymicas runas

61.

Ad Martis montem  
allata sunt Dionysii  
secreta scripta

62.

Per totam urbem  
incisos invenies  
antiquos griphos

63.

Ad altiora !  
hominis est scrutare  
metaphysica

64.

Ratti in cloacis  
ultima rodunt scripta  
philosophorum

65.

Umbrae vagantur  
Lutetiae in ruinis  
quondam sophorum

66.

Flammae fumique  
finem signant omnium  
propositorum

67.

Nivosi montes  
priscam theologiam  
in sinu celant

68.

Concubia nocte  
vigilat philosophus  
solus in cella

69.

Academici  
noctu in aulis venerant  
sacrum asinum

70.

Ater sacerdos  
larvatus templum intrat  
insane ululat

71.

Nocte ad candelam  
ventura contemplatur  
sophus recessus

72.

In vicis clamat  
vulgi phrenetici grex  
nili cupidus

73.

Sancti Iacobi  
turris Parisiis signat  
stellae campum

74.

Isidi paris  
urbis incolae sponte  
nilum contemplant

75.

Uterque finis  
Asiaeque et Europae  
patria nobis

76.

Mongolae equites  
utriusque oceani  
vocum vectores

77.

Nudis pedibus  
monachus rege missus  
deserta transit

78.

Eminus spectat  
sophus meditabundus  
nivosos montes

79.

Insane rident  
grypes per noctis spatia  
magum vehentes

80.

Constitit heros  
templi servabat fores  
draco candescens

81.

Nomen Artorii  
ensem ornabat fixum  
regis tumulo

82.

Casgarae mansi  
sperabam enim ibi  
magum visere

83.

Exegetae me  
sensus docuere atros  
elementorum

84.

Scripturas scrutat  
heremita in spelunca  
ad primam lucem

85.

Insane canit  
in nivosis montibus  
gymnosophista

86.

Smaragdinea  
palatia hesperide  
luce resplendent

87.

Interdum sophus  
caducam juventutem  
amare plangit

88.

Mundi elementa  
supremus designator  
duplica sttit

89.

Archaeologus  
Maracandam relinquit  
a spe dejectus

90.

Patheticum heu  
iter domum faciet  
mox philologus

91.

Ista omnia jam  
nonnisi simulacra  
fuisse patet

92.

Macta virtute  
fallacia verba tantum  
numquam te fallent

93.

Post tot labores  
requiescit nunc sophus  
domo patria

94.

Tot somnia vidi  
tot vestigia secutus  
ad nilum usque

95.

Merlini nomen  
jam inaniter sonat  
in regni vicis

96.

Regis Artorii  
solium in monte latet  
nunc Hesperidum

97.

O stella maris  
nos reduc incolumes  
ad lares nostros

98.

Ad Campum Stellae  
nos Maracandâ reduc  
o Dea mater

99.

Silvae collesque  
elementa producunt  
veri sermonis

100.

Linguae patriae  
voci in coelo respondent  
stellae innumerae

*Explicit Centuria decima*

Meaco, autumno 1999 – Parisius, vere 2000

INDEX

Centuria I	1
Centuria II	17
Centuria III	33
Centuria IV	49
Centuria V	65
Centuria VI	81
Centuria VII	97
Centuria VIII	113
Centuria IX	129
Centuria X	145